

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1678**

Concl. IX. Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato,  
suspenso, vel irregulari, non tolerato, est validum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

## CONCLUSIO IX.

Matrimonium contractum coram Parocho excommunicato, suspenso, vel irregulari, non tolerato, est validum.

**H**ic aliqua prænotanda sunt proclarioris intelligentia Conclusionis; atque in Difinitio primis differentia seu distinctio excommunicati, suspensi, vel irregularis, non tolerata, seu vitandi, ab excommunicato, suspendo, sum toleratum & non toleratum.

Equidem jure antiquo, seu ante Extravag. 314. *Ad evitanda*, omnes excommunicati vocabantur non tolerati, seu vitandi; vocabantur, inquam, ab illis Auctoribus, qui tunc temporis scriperunt, eò quod omnino illicitum esset cum eis communicare, sive in sacris, sive in profanis, aliquibus casibus exceptis, de quibus hic non est locus tractandi.

At verò post Extravag. *Quis non toleratus?* dumtaxat appellantur non tolerati seu vitandi, qui publicè sunt denuntiati, aut publici Clericorum percussores; nam cum illis solis hodie illicitum est aliis fidelibus communicare, sive in sacris, sive in profanis, ut patet ex tenore illius Extravag. quam vide re poteris I. Parte hujus Operis Disp. I. Sect. 8. Conclus. 5. ubi tractatur, an liceat petere Sacra menta à ministro non tolerato.

Vide etiam Conclus. 6. ubi de petitione Sacramentorum à ministro tolerato, quæ hic applicari possunt & debent, sicut Aliquis adhuc placet, Parochus sit minister hujus Sacramenti. Adeoque non toleratus prorsus illicite assisteret, sicuti omnino illicite administraret alia Sacra menta non necessaria. Quæ enim ratio disparitatis?

An autem Matrimonium foret validum, patebit ex dicendis: nam eadem quoad hoc est ratio in utraque sententia, sive est eadem difficultas aut quæstio; putat, an illa assistentia sit actus jurisdictionis: ad cuius responsionem & solutionem perinde est, seu illa assistentia sit administratio Sacramenti, sive nuda & simplex inspectio illius contractus, ut tempore suo de eo possum Parochus testari. Porro antequam respondeamus ad illam questionem,

**P**ränotandum 2. excommunicatus non solum est privatus jurisdictione spirituali in Excommuni- foro Sacramentali sive interno, id est, non natus est privatus ju- riptione spirituali etiam infor- nis nis nis

*Si celebrat, de Cleric. excom. ibi: Peccat au-*

*tem conferendo Ecclesiastica Sacra menta. Sed etiam regula generalis est, usum jurisdic-*

*tio-*

*ro externe,*

PPP 3.

*ex c. 10. de nis spiritualis in foro exteriori, fore prohibiti.  
Cler. ex com. rum excommunicato; arg. cap. Audivimus,  
&c. 4. 24. 24. q. 1. ibi: Verum, quia excommunicatus te  
q. 1. excommunicare non potuit. Quod utique non  
alia ratione dicitur, nisi defectu jurisdictionis.*

*Item c. 1. de Idem supponitur cap. 1. de Offic. Vicar.  
Offic. Vic. in 6. ibi: Ea tamen quae ipsi, gerendo hujusmo-  
di vices, agunt, eo taliter excommunicato man-  
nente (si jurisdictionem tantum recipient ab eodem)  
non possunt obtinere vigorem. Ubi Gloss.  
verb. Vigorem, ait: Non enim potuit excommuni-  
catus, quod non habebat committere. Ergo  
supponit Gloss. quod excommunicatus non  
habebat jurisdictionem. Plura familia jura  
possent adduci, sed non est hic locus, diffusus  
de hoc punto tractandi.*

**317.** Ratio vero esse potest; vel illa generalis,  
*Probatio ex* quia excommunicatus privatus est omni  
*ratiōne.*

*Ecclesiastica communicatione; hac autem,  
quae fit per aliquam jurisdictionis spiritualis  
administrationem, magna communicatio  
est; vel specialis prohibito, facta in di-  
ctis Juribus, eo quod, cum excommunicatus  
sit suo modo ab Ecclesia separatus, in-  
dignus est, ut in illa jus dicat, aut alium  
actum similis jurisdictionis exerceat. Ita  
Suarez.*

**318.** Atque hinc fit (prosequitur n. 2.) ut re-  
*Qui sim- gula haec ad omnes actus, qui propriæ ju-  
modi* risticæ sive jurisdictionis sunt, extendatur. Hujusmodi  
sunt omnes illi, qui sunt propriæ Judicis &  
Superioris Ecclesiastici: sive sunt præcipere  
& leges ferre, vel in latis dispensare, seu li-  
centiam præberet ad quodlibet munus Ecclesiasticum exercendum, & judicium ferre,  
& alii similes, qui numerantur in cap. *Ac-  
cedentibus*, de Excess. Prælat. ibi: *De causis*  
*matrimonialibus cognoscendo: injungendo pu-  
blicas penitentias: concedendo etiam indulgen-  
tiarum literas.* Et cap. *Dilectu filiu*, de Of-  
fic. Ord. ibi: *Unde præfatus Abbas nobis hu-  
miliiter supplicavit, ut cum citatio, causarum  
examinatio, & deciso, ac emenda, ad legem  
jurisdictionis pertinere noscantur &c.*

Huc etiam spectat jurisdictionis delegatio: nam illa etiam jurisdictionis usus est,  
*L. 3. ff. de* ut sumitur ex l. *Imperium*, ff. de Jurid. in  
fine: *Juridictio est etiam Judicis dandi li-  
centia.*

**319.** Sequitur præterea ex dictis (inquit Suare-  
*Peccat gra- rez luprà n. 3.) peccare graviter excom-  
viter excom- municatus  
municatus  
quiesce eos  
exceret.* Suarez.

*mentum, quories hujusmodi actus jurisdictionis exerceat, quod sine dubio ex genere suo, & in individuo ferè semper est peccatum mortale; quia & materia hujus precepti gravis est, & pertinent ad directâ ac primariam privationem excommunicationis, & in individuo rarissime contingere potest, ut ex levitate materiæ peccatum hoc veniale sit, quamquam interdum esse possit; ut si daret*

*licentiam in re parvi momenti. Omisso-  
iam excusationem per ignorantiam, vel mo-  
ralem inadventiam, que generalis est.*

*Quod verò artinet ad obligationem ipsius  
excommunicati, quantum ad ipsum præ-  
met, erit haec actio peccaminis in omni  
communicato, sive publicus sit, sive occu-  
pus, sive ex iure antiquo, sive post ius novum.  
Extravag. Ad evitanda, quia nullum pri-  
legium illi concessum est. Hec ille.*

*Cæterum, quia multa fieri prohibeantur  
qua tamen si facta fuerint, obirent robo-  
firmaitem, ut dicitur cap. *Ad Appellacionem*  
**16.** de Regulari, gravis difficultas hic lo-  
est: an hujusmodi actiones licet, sive causa  
invalidæ & irritæ. In eaque (inquit Suarez  
sup. n. 4.) unum est confans apud Omnes  
hujusmodi acta ab excommunicato posse  
vel simpliciter iuxta ius antiquum, iurum  
novum, à manifesto Clerici percuti, et  
nominatim denuntiato, irrita esse, et causa  
valoris.*

*Quod probatur ex cap. *Ad Prelacionem*  
Sentent. & re iudicata, ibi: *Inscriptio, posse  
quod unus ex delegatis iudicibus, quoniam non  
sententiam protulerunt, excommunicatus in  
culo effet publicè innodatus, quandoj  
lata fuit &c. ipsa cassat de ipsiusculo.* *Et  
stodis iterum cognoscatur. Ubi Gloss. ver.  
Cassat: Id est, inquit, cassat & irrita se-  
nta. Et infra: Ideo retractator sententia  
impedimentum erat notarium per factum  
publicè latam. Unde nulla se enim posse cauere  
jurisdictionem.**

*Ratio est: quia Ecclesia per excommuni-  
cationem prohibet hujusmodi actus, quan-  
tum potest & expediat ad bonum Ecclesie  
regimen, et ut hujusmodi censora timetur;  
sed Ecclesia potest hujusmodi actus irritare  
& expedire ad dictos fines ut irritentur;  
censetur eos irritare, auferendo jurisdic-  
tionem.*

*Dictum est consulto: Excommunicatio  
pli &c. quia cum non teneamus ipsius  
excommunicatum occulatum (ut docet Gallo-  
suprà verb. *Innodatus*, ibi: *Aliud & occulatum  
quia tunc nec ipse, nec alii ipsum teneantur  
tare: quia divinare non poterant, inf. Ut Edi-  
bene. Ut nostrum) minime expediat ad bonum  
Ecclesie regimen, ut acta seu gesta egeste-  
tentur; sed magis expediat ea valere, scilicet  
valent, ut ait Gloss. sup. ibi: *Unde cum con-  
muni opinione liber & absolutus habeatur &  
credatur, quidquid interim facit valer: n. 3.*  
**7. c. Infamis §. Tria, ver. Verumamem  
servus. Et ff. de Offic. Praetorii, Barbaris.****

*Et consimiliter, cum possit Extravag. Ad  
evitanda, non teneamus vitia excommunicati-  
cum, suspensum &c. nisi publicus sit de re  
nuntiatus, aut publicus percursor Clericis; la-  
quer profecto, quidquid interim facit, qui*

alis non est, valere; & ideo nemo dubitat va-

lere Matrimonium, cui adstitit Parochus excommunicatus, suspensus &c. toleratus sive non vitandus.

Ex quo patet, quare addatur in Conclusio Non tolerato; quia de eo solo moveretur quaestio, an validè assistat. Et quidem sententia negans probatur; quia ille actus est Parochi, ut Parochus est, & non est actus Ordinis, ut constat; ergo jurisdictionis.

Et confirmatur; quia insinuatio donationis, coram iudice facta, nihil aliud est, quam intimatio ipsius donationis judicii, 1. In hac, Cod. de Donat. ibi: *Apud quemcumque ex memoratis voluerit intimare*: Sed quāvis judecē nihil aliud agat, quām interesse illi insinuationis est actus jurisdictionis voluntariae; ergo similiter licet Parochus nihil aliud faciat, quām assistere Matrimonio, auctoritatem illi actui praestando, erit actus jurisdictionis. Sed actus jurisdictionis excommunicati, non tolerati, sunt invalidi, ut patet ex Prænotabili 2. ergo &c.

Probatur 2. quia est non esset actus jurisdictionis, sed Parochus interest tanquam testis, testimonium excommunicati non tolerati neutiquam valet, cap. 8. de Sent ex-com. in 6. *Decernimus, ut judices sæculares per cenfum Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis judicibus, canonica monitione præmissa, repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando & testificando in suis curiis & iudicis compellantur.* Ubi Gloff. verb. *Et testificando, infert:* Excommunicatus ergo (*majori intelligas*) testificari non potest, sup. de Test. Venient, 2. in fine. Unde si dicatur excommunicationis sententia nulla, in defectum probacionum, conveverunt absolvi ad cætelam: ut ibi vides, quia non possunt testificari. Ergo adhuc Matrimonium coram Parochio excommunicato non tolerato est irritum.

His tamen non obstantibus Conclusio nostra est communis, quam Sanchez sup. disp. 21. n. 4. probat: quia præsentia Parochi requiritur in Matrimonio, quasi auctoritatem praestans illi per potestatem, quam habet in subditos, sed auctoritatem praestare actuū suā præsentia, non est actus jurisdictionis: ergo potest validè fieri ab excommunicato non tolerato. Probatur Minor: quia nullus actus five Ordinis, five jurisdictionis, validè potest fieri ab omnino invito, & contrariam habente intentionem: actus enim agentium non operantur ultra eorum intentionem, 1. 19. ff. de Rebus cred. initio: *Non omnis numeratio eum, qui accepit, obligat; sed quoties idipsum agitur, ut confessim obligaretur.* Sed præsentia Parochi omnino invito, contrariam intentionem habentis sufficit ad valorem Matrimonii; ergo illa præsentia non est actus jurisdictionis. Item, quia excom-

municatus, suspensus, vel irregularis, dum Parochia non privatur, manet in possessione, & verus Parochus est. Hæc ille.

Sed (inquit Pontius sup. cap. 17. n. 6. in fine) cum videamus etiam testes excommunicatos repelliri à testimonio, & non in Matrimonii contractu, legitima hujus ratio ea censenda est, quam adduximus. Hæc ille.

Rogas: quæ sit illa ratio? Audi ipsum ibidem n. 5. Cùm Concilium, inquit, tam

*Probatio  
Pontii.*

tum exigat præsentiam Parochi, quamdiu ille, quāvis censurā irretitus, Parochus est, & ejus officium retinet, assistere potest. Et n. 6. sic ait: *Hojus (Concluf. nostræ, quam ipse ibi docet) ea mihi videtur esse ratio;* quia licet dictum sit à Cœcil. Trident. Matrimonium sine testibus & Parocho contractum, esse nullum ipso jure, non tamen inventur decretum in aliquo jure, quod si Sacerdos, copulans aliquo Matrimonio, sit excommunicatus, invalidum sit. Nam licet jure communī abstrahantur excommunicati ab administratione Sacramentorum; tamen universaliter intelligitur carere effectu, quando minister est de essentia Sacramenti, distinctus à suscipiente. In Matrimonio autem Parochus aliquos conjungens, non est de essentia Sacramenti, neque ut minister, neque ut suscipiens, quāvis post Trident. fine illo contractum, sit nullum.

Id quæ magis explicatur seu confirmatur, quia Matrimonium, contractum ab ipsis *Cœfirmatis,* excommunicatis valer, licet Ecclesia potuerit constituere, ut illud esset nullum; scilicet si constitueret, excommunicationem esse inhabilitatem ad contrahendum; sicut statuit consanguinitatem, aut alia impedimenta, inhabiles reddere. Atque hæc est potissima *Potissima  
ratio nostræ  
Concluf.* sententia. Nam cum iure novo Tridentini ea præsentia Parochi inducta sit, standum est tantum his, quæ Concilium disponit, & non aliis, quæ jure antiquo disposita erant; neque enim sub antiquis excommunicationis effectibus, hic, qui nondum erat, comprehendendi potuit.

Habemus exemplum in jure civili. Pater *Exemplum  
omnibus filiis reliquissim censeretur, nisi voluntas refigeretur: quod tunc fit, cùm testator de quibusdam non sensit, qui verbo appellatorum non continebantur.* Ulpianus I. Si quis ita, ff. de Testam. tut. hoc exemplo utitur § 3. dicens: *Si quis cum ignoraret se filium Titum habere, filius tutores dederit: utrum his solis dedisse videatur, quos in poresate sint, an ei quoque, quem ignoravit se habere?* Et magis est, ut huic dedisse non videatur, licet nomen filiorum admittat & ipsum: sed quia de ipso non sensisset, dicendum est, cessare in personam ejus dationem.

Sed contraria, dicet aliquis; antiquus effe. *Objecção.*  
Etus

Etus excommunicationis est, privatio omnis jurisdictionis spiritualis, non tantum in foro Sacramental, sed etiam in foro exteriori, ut vidimus Prænotabili 2. Si ergo præsentia fave, assistentia Parochi sit actus jurisdictionis, ut Adversarii contendunt, estò jure antiquo non fuerit necessaria ad valorem Matrimonii, euidem comprehensa fuit sub effectibus excommunicationis. Veluti sub iis comprehenditur dispensatio in aliqua lege, qua lex tunc nondum erat: hæc enim dispensatio facta à Superiori excommunicato, indubè foret invalida, eo quod sit actus jurisdictionis, sicut & ipsa legis hujusmodi latio in invalidè fieret a tali Superiori, ob eandem rationem.

Si ergo assistere Matrimonio, sit verus actus jurisdictionis, sicut est legem ferre, vel in lege lata dispensare, protectò ex eo solùm, quod non fuerit illa assistentia disposita jure antiquo, tanquam necessaria ad valorem Matrimonii, non audeo dicere, quod valeret facta a Parochio excommunicato non tolerato.

Sed nunquid est talis actus? Clarum est, quod non, cùm, sicut sup. bene dicebat Sanchez, possit fieri ab omnino invito: cùm tamem certum sit, neque legem possit fieri, neque in ea posse dispensari ab omnino invito. Et idem est de aliis actibus, quos supra Prænotabili 2. tanquam actus veræ jurisdictionis ex Suario retuli.

Sed neque propriè est actus Ordinis, ut patet ex dictis Conclus. præcedenti, ubi ostendimus, non Sacerdotem validè posse assistere. Et aliunde, etiam actus Ordinis non possunt fieri ab omnino invitatis. Qualis ergo actus est? Respondent communiter D.D. actus Parochi, in quantum est testis legitimus Matrimonii.

Dicastillo hæc disp. 3. n. 72. ait, neque esse actum etiam testis: neque enim Matrimonio assistere est testificari de Matrimonio; sed tantum est actus, ratione cuius sit quis conscientius, ut possit testificari: ergo quāvis excommunicatus non toleratus non possit actum jurisdictionis Ecclesiasticæ validè exercere, & quāvis non possit validè testificari, interim dum est excommunicatus, poterit nihilominus validè assistere, maxime cum excommunicatus non toleratus nullibi privetur potestate assistendi.

Neque urget ratio de Judge vel Tabellione, à quorum paritate sumit argumentum Avila de Censur. p. 2. c. 6. disp. 3. dub. 1. concluf. 5. nobis contrarius: nam & de his etiam est in questione positum, an valeant eorum acta & de Judge quidem exprelè habetur in jure, non valere; de Tabellione vero & teste dicimus, eorum acta non esse jure ipso nulla, quāvis alioquin ex consuetu-

dine infirma sint & nulla, quam consuetudinem negamus in nostro calu. Hæc illæ

Aliter responderet Sanchez ad exemplum testis, dicens n. 5. quāvis excommunicatus regulariter expellatur à testimoniis, non potest admitti tamen in casibus, in quibus admittuntur infames: in Matrimonio autem

mituntur infames. Tertio responderi posset ex Dicast. citato, Parochum assistentem non telligere sed tantum infipere illum actum, ut pro modum, absolutus ab excommunicatione, possit testari.

Quarto, ut notat Coninck hic disp. 27. 24. excommunicati deberent quidem regi à dicendo testimonio; validè tamem adiunguntur, si nemo repellat; ut patet ex c. Pia de Exception. in 6. ibi: Sed si propter judicatum talis exceptio proponatur, etiam non impedit; sed sententia, que praesertim minus robur debitum obirebit. Vide hanc de Cens. disp. 16. lect. 6. n. 7.

Ex his patet, quid sit responderi. 1. argumentum sup. pro oppositione ipsius productum; illam nempe affluisse ex ipsius esse actum Ordinis, nec propriezatis ordinis, sed legitimis testis, seu insipienti ipsi modi contractum, habentem taliter qualitem, id est, beneficium Parochie.

Ad confirmationem responderet Sanchez. sup. infusionem donationis, coram judicio factam, non esse propriè actum ipsius jurisdictionis, appellari autem à jurisdictione voluntariz, non quo proprio jurisdictionis, sed ut oppositor contineat; atque ita velle dicere, non esse actum jurisdictionis contentiosus, & ibidem possit exerciri extra dioecesin.

Igitur Conclusio nostra hinc communica & probabilior est, adeoque tota in prædicto eo semper salvo, ut maneat verus Propositus, sicut revera manere potest, quāvis communicatus, suffensus aut irregulare toleratus.

Hinc Declaratio Cardinalium apud Sacrum: Matrimonio, inquit, confirmari coram notorio fornicatore valet, nisi per hoc statim condemnato & confiso. Id enim nonnulla ratione statuitur, nisi quia propter novum concubinatum non privatur ipso jurisdictione Parochi, sed privatus est. At cum per testamentum & judiciale confessionem in iusto jure privatus officio, hinc finit, ut assistere queat Matrimonio. Simili ergo ratione, cum per excommunicationem maiorem, suspensionem, vel irregularitatem Parochi, scilicet si sit denuntiatus, non sit privatus officio Parochi, ut suppono, sed adhuc verè Parochi maneat, assistere poterit Matrimonio.

Ex quo sequitur: Parochum administratione Sacramentorum interdictum, livego-

330.  
Assistentia  
non est actus  
jurisdictionis, velut  
legis latio.

Neque pro-  
priè est actus  
Ordinis.

331.  
An sit actus  
testis.  
Dicastillo.

Oppositus  
objectioni, &  
respons. ad  
exemplum  
testis.  
Avila.

neraliter, ut quando propter imperitiam datur ei Vicarius vel coadjutor, aut propter aliquod crimen privat administratione Sacramentorum; sive specialiter, ut quando aliquam justâ ratione præcipit Episcopus Parochio, ne aliquo Matrimonio conjungat; nihilominus validè eos conjungere, est foris (quod non) verus minister Sacramenti.

Ratio; quia est verè Parochus, retinetque Parochiæ titulum; etiam si forte est ad nutum Episcopi amovibilis, juxta Declarationem Card. sub hac forma verborum: *Utrum prohibitione factâ ab Ordinario, ne Parochus aliquis disponet, ita tollatur iurisdictio Parochi, ut ad contrahendum Matrimonium contra talenm prohibitionem, non sit legitimus Parochus, cum possit Ordinarius in totam, vel in partem, auferre a Parochio iurisdictionem, sicut sit quantum reservantur aliqui casus?* Et in proposita questione maiorem vim habet, quia prædictus Sacerdotis non erat principalis Parochus, nec verus proprietarius, sed annuus vicarius, qui ad nutum Ordinarii poterat removeri? Congregatio Cardinalium respondit; *valere Matrimonium contractum coram Parochio, cui interdictum est ab Episcopo, ne interveniat.*

Confirmatur hæc doctrina ex cap. 2. de Matr. contr. contra interd. Eccl. ibi: *Licet enim contra interdictum Ecclesiæ, ad secunda vota transire non debuerint, non tamen est convenientis, ut ob id solùm, Sacramentum conjugii dissolvatur.* Igitur Matrimonium per simplicem prohibitionem non redditur irritum; cur ergo reddatur irrita assistentia Parochi, quæ est necessaria ad valorem Matrimonii?

*Licet enim contra prohibitionem Episcopi aut Constitutionem simplicem Synodi, non debuerit Parochus assistere, non tamen est convenientis, ut ob id solùm, Sacramentum conjugii dissolvatur. Multa siquidem fieri probibentur (scribitur cap. Ad Apostolicam, de Regulari) quæ si facta fuerint, obtinent roboretur firmatatem.*

Sic quippe præcipitur Parochis sect. 24. de reform. Matr. c. 7. ne vagorum Matrimonii intersint, nisi prius diligenter inquisitionem fecerint, &c., re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id facienti obtinerent. Et tamen, si contra prohibitionem illam interficiant, valent Matrimonia, ut suo loco dicetur.

Et quid evidenter, quæ Matrimonia clandestina fuisse semper prohibita; non tamen propterea semper irrita? Ergo non semper quando præcipitur aliquis actus fieri sub certa forma, ipsa est de substantia ejus, sed aliquando tantum pertinet ad quandam directionem, ut ritè & rectè actus fiat; sed ulterius requiritur signum aliquod, ex quo colligatur, præcipientem velle id, tanquam formam substantialem præcipere, id est, irriti-

tarē actum contra gestum: at in Matrimonio id non colligitur ex simplici prohibitione, absque clausula irritante, ut pater ex hoc ipso Decreto Trident. de quo disputamus, in quo expresse additur clausula irritans.

Itaque tam Parochus proprietarius, quam delegatus ad universitatem causarum, ex hypothesis, quod tales maneat, validè assistunt contra interdictum Episcopi, aut Synodi Episcopalis; cum enim habeat illam potestatem à Concilio generali, absque ulla subordinatione (vel haec ostendatur) nullus eo inferior potest ipsum tali potestate privare, saltem quoad valorem, quidquid sit de licto.

Et quævis concederemus, Episcopum, aut Synodum Episcopalem, posse eum privare, non censetur velle privare, nisi expresse hoc declarat, per adjectionem particulari irritantis, aut alia ratione: v. g. si Episcopus, instituens Vicarium, sic dicat: *Delego tibi omnes vices meas, præterquam ut possis assistere Matrimonio, hoc ipso manifestè referat sibi illam assistentiam, auferens potestatem ab inferiori.*

Addit: Matrimonium posse contrahi coram Parochio, omnino repugnante; cur non etiam invito Episcopo? Denique, præsente Episcopo, quantumcumque repugnet Parochus, validè contrahitur: cur non etiam præsente Parochio, Episcopo repugnante?

Si autem à me queritur; an, sicuti Parochus excommunicatus non toleratus, per se potest validè assistere, ita etiam aliis possit dare licentiam assistendi? Respondeo: DD. In hoc puncto variare: nam aliqui putant non esse eandem rationem, cauantes, commissione assistendi Matrimonio, censeri posse actum aliquius iurisdictionis. Ita Dicastillo sup. n. 75. cum Aliis, quos citat.

Sæpè enim, inquit hic Author, iurisdictionis actus est collatio facultatis, aut habilitatio ad aliquem actum, qui in se non sit actus iurisdictionis, v. g. emptio aut venditio, facta à Minoris ante legitimam æratem, sine confusio tutoris aut curatoris, sæpè non valet, nisi accidente facultate & venia Principis; & tamen eā accidente valet; quævis autem actus vendendi, aut alienandi, non sit actus iurisdictionis, sed dominii; actus nihilominus ipse conferendi sive dispensationem, sive facultatem & veniam, ut actus ille vim habeat, procul dubio est actus iurisdictionis; ac proinde in Matrimonio, licet assistentia ipsa non sit actus iurisdictionis, ipsa tamen collatio licentia aut facultatis ad validè assistendum, potest esse iurisdictionis actus. Hæc ille.

Er. Coninck suprà n. 25. sic ait: Concilium dicit, eum debere dare alteri licentiam assistendi, quod videtur esse actus superioritatis & jurisdictionis. Nemo enim potest al-

338.  
An Episcopus possit privare Parochum potestate sua. Id est assistendi.

alii probat  
tio nostra  
doctrina.

339.  
An Parochus excommunicatus possit alteri dare licentiam assistendi.

Dicast. putat  
illam con-  
cessione  
posse esse  
actum juris-  
dictionis.

340.  
Idem docet  
Coninck, &  
probat,

Qqqq teri

teri dare licentiam aliquid faciendi, nisi habeat aliquam jurisdictionem aut dominium, vel in eum, cui dat licentiam, vel in rem, circa quam dat licentiam aliquid faciendi, ut patet in omnibus similibus locutionibus. Ita Suarez de Cens. disp. 14. sect. 1. n. 7.

Suarez.  
Confirmat.

Confirmatur; quia hæc licentia non tantum requiritur, ne juri ipsius Pastoris præjudicetur, sicut requiritur licentia, ut possit quis non subditus dare Extremam Unctionem; sed ut assistens qualificetur atque idoneus fiat, ut assit. Qualificare autem aliquem, videtur omnino esse actus jurisdictionis. Ita Coninck.

341. Accedit: quod, secundum Suarium sup. Parochus excommunicatus non possit dare licentiam Religioso ad conferendum Sacramentum Extremæ Unctionis: nam, inquit ille, licet ungere, formaliter ac per se non sit actus jurisdictionis, sed Ordinis; tamen dare licentiam ungendi, actus jurisdictionis est. Et rursus; licet ad validè ungendum non sit necessaria juridictio; ad ungendum tamen licet & jure, necessaria est vel jurisdictione propria, vel licentia valida, ab eo manans, qui ad eam dandam usum jurisdictionis habeat. Cum ergo constet, excommunicatum, hunc ulum non habere, certum existimo, neque ipsum posse talem licentiam dare, neque alterum illâ uti. Hæc ille.

342. Denique ratio Sanchii, ex qua suprà probavimus, ipsam assistentiam non esse actum jurisdictionis, scilicet, quia fieri potest in invito Parocho, constat in hoc casu non habere locum; cum illa licentia nullatenus possit concedi à Parocho invito; nam est actus voluntatis Parochi, qui ab omnino invito nequit procedere. Et hæc quidem procul dubio redunt illam sententiam probabilem.

Sanchez osti-  
ficiat non  
esse actum  
jurisdictionis  
nisi.

Interim opposita est communior, quam, ut probabiliorem, tenet Sanchez sup. disp. 21. n. 7. dicens: Secunda sententia probabilior ait, non esse actum jurisdictionis, ac proinde tam licentiam sic concessam, quam Matrimonium valere.

343. Probatur: quia concessio illius facultatis non est actus Parochi formaliter, inquit, tunc habet jurisdictionem, sed in quantum est testis legitimus Matrimonii, & simul habens facultatem substituendi, ad eum actum testificandum: sed si aliquis haberet mandatum, ad contrahendum nomine alterius, protestatatemque substituendi, illa substitutio est quidem actus potestatis substituendi, non tamen est actus jurisdictionis, ut constat, validèque ab excommunicato fieret: ergo validè conceditur ea licentia à Parocho non tolerato. Hæc est præcipua probatio illius sententiae, quâ etiam utitur Pontius sup. c. 17. n. 14. Aversa hic q. 6. sect. 4. §. Si vero Parochus, & Alii,

Eam, paululum immutatam, his verbis adducit Dicastillo sup. n. 74. Collatio licentiae non est actus jurisdictionis; neque enim est institutio judicis, sed tantum est questione designatio spectatoris Matrimonii, ut puto de eo testificari, facta ex ordinatione Tridentini, à quo Sacerdos, dicta defensione supposita, accipit potestatem ad id, & non Parocho; quia, cù supposita, Sacerdos quodificatur à Trident ad id, & non à Parocho. Unde collatio dicta licentia non videtur actus potestatis Parochi à Parochus; sed actus auctoritatis, à Trident, annexus officio Parochi. Ita argumentantur aliqui Recenses, inquit Dicastillo.

Ipsæ autem n. 75. tamquam probabilitate docet oppositum, propter rationes suagatas. Et n. 77. responder ad hoc argumentum: falso est, eam potestatem, ut illa possit testificari, non esse à Parocho, sed à Tridentino, tantum supposita signatione à Parocho: nam expeditius met Trident. ait, eam assistentiam, ut debet fieri, De ipsius Parocho submittit licentia: ubi expendit, est validior, oblichi licentia, quâ nihil clarus video impunis. Hæc ille.

Et, ut verum faciat, clariffimus à illa voce, quod Parochus det licentiam, autem datio illius licentie, si actualiter jurisdictionis, qui proinde neque procedere validè ab excommunicato oportet, haud sat clarè probatur ex illa voce. Nam, ut ostenditur in exemplo Sancti exempli, inquam, Procuratorumque habent facultatem alium substituendi, non temper concelebrandi alicuius facultatis, licentie, et actus jurisdictionis.

Cumque decretum illud Trid. fit concordiorum juris antiqui, In obscuris, quæ in san-  
num est, sequimur, l. 9. ff. de Reg. p. 1. contra eum, qui legem dicere potest, tamen interpretationem facimus, quæ sanè dixisset Concilium: Qui in san-  
præsente Parocho non excommunicatur, sed  
Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarii  
excommunicati licentia &c. Sic enim omnes  
fuisset sopia, aut veris nunquam sufficeret exorta hæc controversia.

Et hoc est, quod dicit Pörius sup. a. 14. de  
probatur suam sententiam; Nec, inquit, Paro-  
chus excommunicatus prohibitus est testi-  
re jure novo Tridentini, quo in hac re utitur.

Et ibidem sic ait idem Author: Alii pro-  
bant: quia Episcopus & Ordinarius ex-  
communicatus potest alteri concedere facultatem  
audiendi Confessiones & ministrandi Sacra-  
menta. Sed non placet ea ratio. Necessaria  
eam licentiam excommunicatus non videtur  
potest concedere, ut in materia de ex-  
communicatione traductus DD. ea enim licen-

B  
Sac

Pontius.  
Aversa.

*Diff. etiam licet & non  
dicitur nisi  
alii Sacra-  
menta.*

ter concessio ad Sacra menta ministranda, actus jurisdictionis, est, quæ pro commissi- bus munere ipse ministrare deberet suis ovi- bus. Hæc ille.

Ego autem dico : esse magnam differen- tiam inter auditionem Confessionis seu Ab- solutionem Sacramentalem, quæ est verus & proprius actus jurisdictionis, & ministratio- nem aliorum Sacramentorum, v.g. Extremæ Uunctionis, quæ non est actus propriæ juris- dictio nis, id est, per quem dicitur ius inter partes. Et ideo quāmvis concessio licentia abolivendi foret actus jurisdictionis, quia ipsa Absolutio est actus jurisdictionis; non in- dè tamē rectè videtur inferri : ergo etiam concessio licentiae ungredi est actus juris- dictio nis, quoniam ipsa Uunctione non est actus jurisdictionis.

Nec obstat exemplum emptionis aut ven- ditio nis, factæ à Minori, quo utitur Dicafil- lo sup. nam disparitas est : quod facultas seu concessio facultatis, à Principe facta, sit ve- ra dispensatio in iure commun i, quo aliqui- talis emptio & venditio irritatur ; porrà dis- pensatio in lege, absque dubio est actus juris- dictio nis, sicut & ipsa legiflatio.

Jam autem in nostro casu nulla intervenit dispe nsatio in aliqua lege ; sed solūmodo Parochus, juxta potestatem, sibi factam à Tridentino, alium substituit suo loco, tan- quam spectatorem contractus, cum aliis duobus vel tribus, ut suo tempore possint de eo testari.

Sicut ergo, dicit aliquis, non exercet actum jurisdictionis, qui vocat alios duos vel tres testes; ita quoque non videtur exercere actum jurisdictionis, qui vocat Sacerdotem, ut cum illis alius duobus vel tribus interfici illi contractui. Et sicut non qualificantur alii testes, quando vocantur & designantur, ut sint spectatores illius contractus; sic quo- que non qualificatur alius Sacerdos, quando à Paroco designatur, ut spectator illius con- tractus; sed hoc ipso, quod Sacerdos est, ha- bet omnem qualitatem requisitam à Tri- dent. ut loco Parochi possit assistere.

Respondeo: planè habet, ut possit assistere, sed non ut assistat; nam præter qualitatem Sacerdotii requiritur licentia Parochi, quæ tamē non requiritur, ut hic vel ille tan- quam testis assistat; adeoque non videtur va- lere argumentum à testibus ad alium Sacer- dorem.

Quidquid sit de hoc, sive valeat istud ar- gumentum, sive non; ex dictis satis patet, non valere hic argumentum, desumptum ex Sacramento penitentie, de quo omnino di- verba est ratio. Quantum autem ad Sacra- mentum Extremæ Uunctionis, & alia Sacra- menta, est etiam di par ratio, secundum San- chium sup. n. 9. quia, inquit ille, ad cætera

Sacra menta licet administranda, desideratur potestas Ordinis & jurisdictionis: unde Pa- rochus concedens alteri, ut possit ea admini- strare, transfundit in illum jurisdictionem, actumque jurisdictionis exerceat : at verò Sa- cramentum Matrimonio non petit jurisdictionis usum, sed tantum habitualem jurisdictionem in assistente, vel licentiam assisten- di concedeat.

Præterea; sicut Parochus non toleratus, privatus est activa Sacramentorum admini- stratione, ita etiam potestate concedendi alteri licentiam administrandi ; & sicut non est privatus potestate assistendi, ita nec potestate dandi predictam licentiam. Hæc ille.

Sed contra primum; ad assistendum licet & validè Matrimonio, requiritur etiam ju- risdictio talis, qualis requiritur ad ministran- dum Sacramentum, v.g. Extremæ Uunctionis.

*Arg. contraria.*

Quippe nemo licet & validè assistit, nisi proprius Parochus, vel alius de licentia proprii Parochi; sicut nemo licet administrat Extremam Uunctionem, nisi proprius Parochus, aut alius Sacerdos de licentia proprii Parochi. Ex quo ergo probatur, quod requiratur major, aut alia jurisdictione ad mi- nistrandum hoc Sacramentum, quam ad as- sistendum Matrimonio? Immo major videtur requiri ad assistendum Matrimonio, quoniam in necessitate quilibet licet inungit; non autem quilibet Sacerdos licet & validè as- sistit Matrimonio, ut supra cum Sanchio & Aliis dictum fuit.

Et confirmatur: quia etiam si Concilium non dixisset: *Vel alio Sacerdote de ipsius Paro- chi seu Ordinarii licentia, posset Parochus eam licentiam concedere, cum sit Ordinarius, atque ita delegare posset: si autem id non per- tineret ad jurisdictionem, nullo modo posset;* sicut procurator, datus ad contrahendum Matrimonium, non potest substituere, nisi specialiter sibi concedatur, c. fin. de Procur. in 6. Ergo dare illam licentiam pertinet ad jurisdictionem.

Responder Sanchez sup. Tridentino non concedente Paroco licentiam substituendi, forte ut non posset substituere; censeretur enim personæ industria electa, ut maiore fi- de testimoniom effert dignum. Sicut in simili docet Hostiensis cap. *Cum Bertholdus, vers. Verum quarta pars*, de Sent. & re jud. ubi di- cit censi electam industriam personæ, quando certus tabellio electus est ad deposi- tionem testium scribendas, fideique fuxæ esse commissum. Hæc ille.

Verum, salvo meliori, hoc simile nimium claudicat; siquidem Concilium Trident. non eligit certum Parochum, sed unicuique, qui verus est Parochus, illam assistentiam conce- dit, sive concedit officio Parochi. Sicut idem Concilium sicc. 24. de Refor. c. 6. concedit

*Cōfirmatur.*

*351.*  
*Reph. San-  
chez.*

*352.*  
*Improbatur.*

Qqqq 2 cuili-

676 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

cuilibet Episcopo potestatem dispensandi in irregularitatibus, provenientibus ex delicto occulto; itemque absolvendi a caibus occultis, Pontifici reservatis, per se ipsos aut Vicarium, ad id specialiter deputandum.

Ubi non censetur electa industria personæ, ut ipse Sanchez expressæ docet, lib. 2. de Matr. disp. 40. n. 17. in solutione ad 2. desumptum ex d. cap. Tridentini. Dicendum est (inquit ille) posse (Episcopum) generaliter delegare. Primo: quia non eligitur industria personæ; si enim eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare. Item: quia quoties aliquid conceditur Praelatis presentibus & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse industriam personæ, cum personæ incognitæ de- legetur. Hæc ille.

353. Quis autem non videt, idem dici posse de potestate assistendi Matrimonio, concessa Parochi in dicto Decreto Concil. Trident. sess. 24. de Reform. Matr. c. primo? Hinc Averla hic q. 6. lect. 4. in principio, sic ait: Idem Concilium expressit, posse alium Sacerdotem de licentia Parochi assistere Matrimonio. Sed etiam si Concilium id non expressisset, id de jure communis & ordinario fieri poterat: quia Parochus in iis, quæ spe- ciant ad suum officium, potest alterum dele- gare, potest vices suas alteri committere; cum nempe ipse habeat ordinariam, & non dele- gatam jurisdictionem, atque ita potest dele- gare. Hæc ille.

Subsumo ego, atqui delegare est actus ju- risdictionis ordinarie; ergo Parochus excom- municatus, non toleratus, non potest validè delegare illam assistentiam alii Sacerdoti.

354. Ad hoc argumentum non invenio respon- sionem apud Averlam, qui tam cum San- chio & Aliis docet, licentiam ab illo Parochi datam, validam esse: non aliam, inquam, respon- sionem invenio, quam quod hic actus non sit propriè actus jurisdictionis, licet im- propriè dicatur talis, ad differentiam actus Ordinis; sed propriè sit actus substituendi alterum, ad testificandum pro se, sive ad assistendum in Matrimonio.

Quare sicut assistere dicebatur, non esse propriè actus jurisdictionis, sed testificatio- nis, ita quoque substituere alterum ad assi- stendum. Sicut etiam aliquis constituens pro se Procuratorem ad contrahendum, & Procurator ipse substituens alterum, habens ad id potestatem a suo Principali, non per hoc exercet propriè actum jurisdictionis: sed de- legat vicem suam alteri, juxta naturam ip- sius actus perficiendi. Hæc ille.

355. Ego autem quæro ab Aversa: Procurator, constitutus ad contrahendum, potest alterum substituere, si ad id non habeat potestatem a suo Principali? Patet quod non, ex cap. fin.

de Procur. in 6. ad eoque non tam Procu- tor, quam Principalis censetur substituere reliquā designatione substituti Procuratorem. Jam autem, secundum hunc Autorem, in metu Ecclesie specialiter non committit Parochio substitutionem, quidem posset sub- stituere, ad eoque ipse est, qui proprie sub- stituit, & non Ecclesia. Ergo exemplum dicitur Procuratoris, multum dissimile est, ac proinde ab eo non sumitur efficax argumentum juxta principia Averæ. Et hoc Sanchez negat, ut superius vidimus, Parochum posse substituere, seclusa speciali commissione Concilii, non videns alium modum solle- di hoc argumentum.

Omnibus ergo perfectis & perfunctis sati inclinor in sententiam Connex. Dis- stillonis & Aliorum, dicentum, Parochum excommunicatum non toleratum, posse sum quidem validè assistere; attenuatim licet per alterum; quoque aliquando in- re probaverit, Parochum de jure communi- & ordinario non posse alteri delegare assistentiam, sed solum ex speci- fione Concilii.

Interea quæro; an fugit validè? In- sum potest assistere, ita etiam licet? Si non possit validè assistere per alterum, fuit dubius nec licet; si autem validè, tunc est exca- quæsto: ad quam responder Sanchez lib. 3. disp. 21. num. 8. Videlicet peccato quod non communicet cum aliis, quod intendit est excommunicato. Sed dicitur illi, ex hoc parte non peccare, assistendo Matrimonio; quia cum spectet ad suum munus, com- municat in re necessaria; et alia aquila parte vi- detur peccare; quia rite actuus jurisdictionis, benedicere sponsoribus verbis, que pra- cipit Concil. Trident. sess. 24. de Matr. Ego vos conjungo &c. non tam exerce- nalem culpat; quia in nullius est prae- cium, & res est parvi momenti, nequa- ad Sacramentum, & si omittentes exer- ba, tantum est effeta veniale; & tantum pa- mortaliter excommunicatus usurpauit ju- risdictionem, quando immiscerat aliquip- justitia. Non peccaret autem Parochus toleratus, concedens alteri licentiam; qui ibi nullam exercet jurisdictionem. Hæc ille.

Oppositum docet Pontius supra c. 17. n. 11. ubi sic scribit: Tertio colligunt: Parochum excommunicatum, assistenter Matrimonio peccare quidem ex vi ejus juris, in quo pre- hibita est excommunicato communicatio cum fidelibus. Sentit nobiscum Gab. Val- quez de Excom. dub. 7. n. 7. Est enim com- municare, non quidem in Sacramentis, ea enim communicatio tantum est inter sponentes & ministrantem; sed in sacris, quales communi- catio est in divinis officiis, Missa audienda, & aliis ejusmodi, quam communicationem etiam

illam concil. sionem licen- tia, non effe- ctum juris- dictionis, probatur exemplo Pro- curatoris.

B  
Sac  
P

etiam Covar. asserit esse mortale peccatum.

Nec verò dici potest; Parochum illum communicare in re necessaria, & idē excusari, ut indicare videtur Tho. Sanchez lib. 3. disp. 21. n. 8. neque enim Sacramentum Matrimonii videtur esse necessitatis; idēque exemplo testis idonei, excommunicati tamē, confirmari potest. Immo addiderim, non esse veniale culpam; est enim comunicatio in re adeo gravi & sacra. Hęc ille.

Cum hac tamen limitatione, nisi fortè ob gravem necessitatem excufaretur. Sic enim ait n. 12. Quarto colliges cum Franc. Suarez disp. 11. de Censur. n. 24. non peccare, quando in articulo mortis esset necessarium assistere; sicut dicimus de excommunicato Sacerdote, qui in articulo extremae necessitatis ministrat poenitentiam. Poteſt enim evenire hujusmodi casus, in quo moraliter necessarium sit, vel ad salutem spiritualem hominis morientis, vel ad magnum commodum temporale filiorum, ut in articulo mortis uxorem ducat, quam usque ad illud tempus in concubinam habuerat, & quod nullus alius adiut Sacerdos vel Parochus, nisi excommunicatus, qui interesse possit.

In eo certè cau, quantum est ex parte censure, dubitari non potest; quin licetē possit hujusmodi Sacerdos adiut Matrimonio. Si enim licetē potest ministrari Sacramentum ab excommunicato in eo articulo, censetur enim Ecclesia pro eo tempore excommunicationem suspendere; multò magis hoc verum erit in Matrimonio, in quo non est minister, sed testis jure Ecclesiastico qualificatus. Similiter etiam Parochus excommunicatus, assistens Matrimonio, excufaretur à peccato, metu mortis incuso. Hęc ille.

Quem sequitur Coninck hic disp. 27. n. 24. ibi: Videtur talis peccare, quia in re gravi & sacra, contra prohibitionem Ecclesiae cum aliis communicat: nisi fortè ob gravem necessitatem excufaretur: ut si conjuges nullā ratione posse contractum differre: nec esset alius, qui posset assistere; nec ipse prius posset absolutionem obtinere. Ita Coninck.

At verò Dicastilli sup. n. 78. magis placet sententia Sanchez, scilicet non peccare assistendo, vel dando alteri licentiam assistendi; quia, inquit, quāvis in his duobus communiceat cum aliis, id tamen effici propter utilitatem, vel potius necessitatem contrahentium, cūm absque Paroco, vel alio Sacerdote, de licentia illius, contrahere non possint, ac proinde neque ipsi contrahentes peccant. Hęc ille.

Quarit aliquis, quid ego sentiam? Respondeo: tam contrahentes, quām Parochum peccare, quando commode Matrimonium

poteſt contrahi coram Ordinario, vel alio Sacerdote, non impedito, de licentia Ordinarii. Non enim affiſſere Matrimonio, ita est munus Parochi, quin licetē & valide poſſit fieri ab Epifcopo.

Sicut ergo Parochus excommunicatus, non toleratus, nequit administrare Sacra- menta, niſi in caſu necessitatis, tametsi alio- quin ad suum munus speſet ea administra- re; ita etiam nequit affiſſere Matrimonio, niſi in caſu necessitatis (qui non ſemper oc- currit) tametsi alioqui ad suum munus speſet affiſſere.

Corruit igitur ratio Sanchii ſuprā: quia cūm ſpeſet ad suum munus, communicat in re necessaria; corruit, inquam hęc ratio, nam, ut jamjam dixi, etiam ſpectat ad suum munus administrare Sacra- menta; ergo ad- ministrando communicat in re necessaria, & idē non peccat, negatur Conſequentia. Quippe licet ad suum munus ſpeſet; equi- dem non ſe, quin ab aliis poſſint illo tem- pore, quo ipſe excommunicatus eſt, Sacra- menta ministrari & fuſcipi.

Atque hęc multò magis vera ſunt in ſen- tentia, quæ docet, Parochum eſſe ministrum Sacra- menti Matrimonii; tunc enim, quæ aliorum Sacra- mentorum, eadem eſt ratio Matrimonii, quantum ad hoc ministerium, & peccatum, quod in eo committitur ab excommunicato non tolerato. Quapropter in illa ſententia non ſolum peccaret affiſſendo, ſed etiam incurreret irregularitatem (ſicuti incurreret administrando Extremam Unctionem) quia, ſecundum illam ſen- tentiam, affiſſens debet ex iuſtitione Christi eſſe Sacerdos, ut Matrimonium prout eſt Sacra- mentum valeat, adeoque affiſſentia illa eſt actus Ordinis.

Si ergo Parochus excommunicatus non toleratus, fit Sacerdos, & velit non ſolum affiſſere Matrimonio, ut contractus eſt, ſed etiam Sacra- mentum Matrimonii ministrare, in illa ſententia fiet irregularis. Secūs in noſtra, quæ docet, illam affiſſentiam non eſſe actum Ordinis; ſed Matrimonium valere tam in ratione contractus, quam Sacra- menti, tametsi Parochus non fit Sacerdos; cūm ipſe non fit minister Sacra- menti, nec ut ta- lis affiſſat, ſed tanquam testis qualificatus aut iuſtitor Matrimonii, quod ipſi contra- hentes ministrant tam in ratione contra- ctus, quam Sacra- menti. Et idem dicendum de alio Sacerdote, qui ex licentia Parochi affiſſeret.

Sed nunquid valeret Matrimonium, cui tanquam minister Sacra- menti Parochus ex- communicatus non toleratus affiſſeret? Respondeo affirmativę: quia nimur ea, ſit Parochus quia non requirunt iurisdictionem, ſed ſo- excommuni- lum Sacerdotalem vel Epifcopalem Ordinem, eftus.

Qqqq 3 validus

valida sunt, si fiant ab eo, qui habet talem Ordinem, dummodo servet in reliquis debitum ritum, etiam si censurā, vel alia viā sit actio prohibita; quia censurā vel proibitione non auferatur aliquid, quod fit de necessitate actionis, nec pendet actionis valor ex bonitate operantis.

Valeat Con-  
firmatio aut  
Ordo colla-  
tus ab Epif-  
copo excom-  
municato.

Sic Omnes fatentur, valere Confirmationem aut Ordinem, collatum ab Episcopo excommunicato non tolerato; similiter Extremam Unctionem, collatum à Sacerdote excommunicato non tolerato; cur ergo etiam non valeret Sacramentum Matrimonii? Quāvis enim Christus potuerit facere, ut Sacraenta à se instituta, si fierent à ministro prohibito, non valerent; de facto tamen Christus noluit tollere valorem.

Valeat solem-  
nis benedi-  
cio nuptia-  
rum data à  
Parocho ex-  
communicato,  
ex Dicatio-

Ex quo deducit & probat Dicastillo sup. n. 72. solemnem benedictionem nuptialem, datam à predicto Parocho excommunicato, suspensi, irregulari, valere. Potuisse quidem, inquit ille, Ecclesia irritam reddere ejusmodi benedictionem, si voluisset, cum ea dependeat ab ipsis Ecclesiae institutione, de facto tamen noluit valorem tollere, sed simili modo eas actiones voluit valere, nec apparet aliquid verbum aut caput, unde colligatur, Ecclesiam eam irritam esse voluisse.

Purat sua-  
rez talen  
Parochum  
incurrere ir-  
regularita-  
tem.

Citat autem pro hac sententia Dicastillo Suarium de Censuris disp. II. sect. 3. n. 9. Sed ibi nihil simile reperio; porrò n. 19. sic lego. Alius concursus Parochi circa Matrimonium esse potest ad solemnem benedictionem conjugum, quae non est administratio alicuius Sacramenti, sed cuiusdam ceremonie seu Sacramentalis, ad solemnem ritum Matrimonii pertinens; & de hoc actu communis sententia est, sufficere ad irregularitatem contrahendam, quia illud ministerium est proprium Sacerdotis ratione sui Ordinis: nam licet illa actio Ecclesiastico jure instituta sit: tamen ex eadem institutione requirit, ut ministrum necessarium Sacerdotem, ut constat tum ex ritu praescripto ad illam benedictionem, tum ex communi ufo Ecclesiae, tum etiam ex c. I. & 3. de Secundis nuptiis, & non nihil etiam facit Isidorus in c. I. dist. 25. ubi ad Sacerdotem ait inter alia munera pertinere, Benedicere dona Dei.

367.  
Probatio.

Supponit autem haec sententia, propter omnem uolum Ordinis, praesertim faci, etiam si accidentalis & secundarius sit, incurri irregularitatem, dummodo tam gravis sit, ut ad peccatum mortale contra censorum prohibitionem sufficiat. Quod autem illa benedictio solemnis conjugum, sit materia gravis, & sufficiens ad peccatum mortale, contra censuram, certissimum mihi videtur; quia est publicum & soleme mini-

sterium Sacerdotale, plures continentationes & benedictiones, ac denique officia communicatio cum activo ufo, auctoritate proprii Ordinis Sacerdotali, finitimus Suarius. Ubi etiā nihil determinat valore & invaliditatem istius benedictionis.

Igitur loco Sect. 3. legendum est, ubi expresse meministi illius benedictionis & docet generalem & communem sententiam, ea omnia, quae jurisdictionem non requirunt, sed solum Sacerdotalem Episcopalem Ordinem, validam esse, si minister talem Ordinem habeat, & in religione debitu ritum servet, etiam si excommunicatus sit.

Sed his videtur contrariari, quod art. 3. chez lib. 3. disp. 21. n. 8. videretur officia, jurisdictionis, benedicere sponsos illius, quae praecepit Trident. sect. 24. de Matr. Ego vos coniungo &c. Si haec benedicitur actus jurisdictionis, quidam invalidatio benedictio solemnis, que requiriatur Sacerdotalem, & praeterea totum per benedictio, videlicet, ut fiat a parochio, vel alio Sacerdote, de episcopo. Si autem est actus jurisdictionis, quae invalida, sicut alii actus jurisdictionis, deponctionem expectabat a doctoribus, item subscrivo novam Conclusionem, que hanc habet:

## CONCLUSIO X

Valeat Matrimonium, contractum coram Parocho, habente titulum colonum, cum errore communi.

Circa hanc Conclusionem multa loca proponenda & diffluenda, illa loco proposita & dissoluta fuerit. Dis. 7. Sect. 2. Conclu. 1. sententia nonis: Existens titulus colorato cum communione, Ecclesia simplex defectum in negotiis, putata, defectum jurisdictionis, ad Absolutionem Sacramentum, ut ibi tractatur. Si autem in Sacramentis penitentia supplet illum defectum, titulus colorato, cum communione, etiam in Sacramento Matrimonii supplet defectum non jurisdictionis, sed similitatis seu dignitatis Parochialis, si however errorum communem, propter titulum coloratum, putetur in aliquo esse, in quo verum non est?

Profecto non minus pericitur bonum commune in uno Sacramento, quam in aliis, quod tamen bonum commune unica ratio est, quare Ecclesia supplet defectum in Sacramento Poenitentia. Unde absurdum fo-

B  
Sacra  
P